

iam permutare colorem, & pondus ob ignem, quare & substantiam verisimile est posse permutare. Creditum est etiam quosdam id fecisse, ut apud illustrissimum Venetorum principem paucis ante annis assistentibus sapientibus civitatis quodam Taruisino pharmacopola, cuius rei adhuc non videntur vestigia. Cumque herbarum species quaedam in vicem vicissim permutentur, haud mirum videri debet metalla permutari posse. Verum non ita se res habet, nam aut non omnia aut non omnia possunt inuicem permutari. Ferrum enim & æs, cum ambo pondere & tenuitate similia existant, nullumque eorum ignibus resistat: si colorem mutant & densitatem ex altero in alterum possunt traduci, aut vere autem abique manifesto discrimine reliquorum metallorum nullum in aurum & argentum mutari potest, solum illud dubium est, an argentum in aurum possit mutari? quod non posse existimo: nam argento ut aurum fiat, desunt densitas ob quam ponderosius fieri oportet, & color: at hæc metalla addi possunt, si densius reddatur argentum pinguedo abicitur, & ignibus melius resistet, atque, ut dixi pondus accret.

Et paulo post.

Quod videtur assecutus pharmacopola ille Taruisinus coram principe & sapientibus Reip. Venetæ, argentum vicissim in aurum commutavit.

IVRISCONSULTORVM ET SVMMORVM

in V. I. D. responsa & consilia, ad questionem

An Alchemia sit ars legitima?

Ex Oldrado consil. 74. de sortileg. num. 1.

AN Alchemista peccet, vel sit ars prohibita. Et videtur sic. Et quod ars Alchemiæ sit prohibita: quia dicit textus q. 1. c. episc. & quod quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius mutari aut transferri in aliam speciem, aut in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, infideliter & pagano deterior. Præterea isti Alchemistæ sunt multi dotes, & ad veritatem scientiæ nunquam peruenientes. 25. nec mirum. Et sic dant occasionem multis deceptionibus. est scientia quæ ducat ad pietatem, ut consuevit dici in analogia ar. 27. dist. si quis. & no. Inn. Ex. de Sorti. c. qui. Non e

P